



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Moriturus tria plerisque commendat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](#)

cultatem petijt, singulos seorsim admittendi, non ignarus (vt euenit) extremum id allo-  
quium fore. Post alium aliis, singuli introi-  
re, supremū salutaturi, amplexuriq;. Non  
nulli pro suā in eum veneratione, quam ille  
zgerrime patiebatur, nec nisi cum dolore fe-  
rebat, de genibus loquebantur, vnuſquisque  
cum lacrymis aut ſe ſuaque commendantes,  
aut ſalubre monittum aliquod poſcentes.  
Ioannes corpore debilis, ſed firmus animo,  
benevolē audiebat omnes, pollicitus ſe om-  
nium poſtulata curaturum; tribus ferè rebus  
ab eo apud singulos commendatis; nimirum,  
beatissimae Virginis religioſo cultu; conſtan-  
ti orationis ſtudio, quod vnicum cum Deo  
ſe iungendi præſidium dictitabat; denique  
accuratā Regularum noſtrarum obſeruatio-  
ne. Alijs priuata quædam præcepta tradebat  
ad internum cuiusque habitum propriè  
ſpectantia; quæ tam accommodata plerif-  
que præſcribebat, vt obſtupescerent, quo  
modo perspecta illi eſſent alienæ mentis ar-  
cana, quæ ſoli Deo putabant eſſe poſſe explo-  
rata; ac plerique eorum & Rectori & Præfe-  
cto ſpiritualium rerum affimarunt, magno  
fibi viſui ea documenta fuiffe. Magistro ſuo  
pollicitus eſt, impetraturum ſe commilitoni-  
bus ſuis omnibus affectum erga Virginem  
Matrem. Patrem quemdam controverſijs  
ſcriben-

*Moriturnus  
tria plerisque  
commendat.*

*Priuata  
quibusdam  
dat docu-  
menta.*

*P. Andreans  
Eisdem.*